



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis Pœnitentiæ & Extremæ Unctionis;
necnon varia summorum Pontificum Decreta, contra Moralis corruptæ
propositiones, & alia

Genet, François

Parisiis, 1703

Q. 11. In quibusnam corporis partibus sieri debent unctiones?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40817

De Sacram. Extr. Vnct. Cap. I. 223
ralis, scilicet sanatio corporalis, non causa-
tur ex materia naturali proprietate: Et ideo
oportet quod haec efficacia ei per sanctificatio-
nem detur.

*Quæst. 9. Quænam est materia proxima hu-
jus Sacramenti?*

Resp. Ipsamet unctio, ut patet ex his Divi
Jacobi verbis, *Vngentes eum oleo.* Et, ut ait
Concilium Tridentinum; Intellexit enim Ec-
clesia materiam esse oleum ab Episcopo bene-
dictum; nam unctio aptissimè Spiritus sancti
gratiam, quâ invisibiliter anima ægrotantis
inungitur, representat.

Concil. Tride-
tent. sess. 14.
De Sacram.
Extrem. Vnct.
tia. cap. 14.

*Quæst. 10. Quænam est forma hujus Sa-
cramenti?*

Resp. Idem Concilium ibidem asserit: For-
man deinde esse illæ verba: Per istam sanctam
Vunctionem, &c. Quibus utitur Presbyter in
administratione hujus Sacramenti.

*Quæst. 11. In quibusnam corporis partibus
fieri debent unctiones?*

Resp. Ut dicitur in Rituale Romano. Quin-
que vero corporis partes præcipue ungi debent
quas veluti sensuum instrumenta homini na-
tura tribuit; nempe oculi, aures, pares, os,
& manus; attamen pedes etiam & renes un-
gendi sunt; sed renum unctio in mulieribus,
honestatis gratia, semper omittitur; atque
etiam in viris, quando infirmus commodè
moveri non potest. Sed sive in mulieribus sive
in viris, alia corporis pars pro renibus ungi
non debet.

Rituale Ro-
man. *De Sac-
ram. Extrem.*
Vunctione.

*Quæst. 12. Quando unguntur oculi, ant
alii partes geminatae, sunt-ne proferenda ver-
ba formæ super qualibet sigillatum?*

Resp. Dum oculos, inquit Rituale Roma-
num, aures & alia corporis membra, que
paria sunt, Sacerdos ungit, caveat ne altero

K iiiij